UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancta Emerentiana virgine et martyre. Cap[itulum]. xiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

eodem quo ⁊ diluuium factū eſt. Quod etiā diligens cōputatio annoꝝ eius ſm geneſim manifeſtat. Huius Mathuſalē anno etatis .xliij. adam diem clauſit extremū: ſm interp̄tes. ſm hebreos aūt anno .lvi. etatis Lamech. Eo ꝙ vt dictū eſt hebrei annoꝝ .cxxx. adā genuiſſe ſeth dicunt. Interpretes ꝓ annoꝝ .ccxxx.

De ſancto lamech. Cap. xij.

LAmech filiꝰ mathuſalē anno vite ipſius .clxxxvij. mūdo editꝰ eſt. decurſis ſm interpretes ab obitu adā annis .cxiij. ſm hebreos ꝓ etatis ade adhuc viuētis anno .cccccccclxxiiij. Cauſa diſcerptiōis ſuperius aſſignatur. In hoc aūt interpretū opinio approbabilior eſſe videt. Igitur lamech cū eſſet annorū .clxxxij. genuit Noe. De quo ⁊ ſpū ꝓphetico vaticinatus eſt: ꝙ genus humanū cōſolari debebat ab operibus ⁊ laboribus manuū ſuarū in terra cui dn̄s maledixit quaſi futurum aliquid magni noe ⁊ famoſiſſimū in orbe terrarum his verbis inſinuās. Poſt cuius obitū ſuperuixit Lamech annis .cccccxcv. Sicq̧ annorum .ccccccclxxvij. mortuus eſt: videlicet .vi. anno ante diluuiū. Hec ex libro geneſis .c.v. et ex chronicis hieronymi ioſephi ⁊ methodij: nec non ex hiſtoria ſcolaſtica diſperſim collecta deſcribuntur.

De ſancta Emerentiana virgine et martyre Cap. xiij.

EMerētiana virgo ⁊ martyr collectanea fuit beate agnetis virginis: ⁊ ipa ciuis romana. Que licet eſſet adhuc cathecumina fide tn̄ xp̄ianiſſima: ad ſepulchrū virginis ſtabat ⁊ gentiles de eorū impietate redarguebat. Et dū cōtra furentes turbas ſtaret intrepida: lapidata eſt ab eis: orāſq̧ iuxta ſepulchrū virginis emiſit ſpm̄. Quā ambroſius dicit fuiſſe in ſuo ſanguīe baptizatā. Statimq̧ terremotꝰ cū coruſcationibꝰ ⁊ tonitruis eruperunt: adeo ꝙ pleriq̧ ex inſano populo perierūt. Corpus aūt emerentiane iuxta corpus beate agnetis ab eiꝰ parentibus ſepultū eſt .x. kalen. februarij. Pagani aūt exterriti nullū ex inde veniētiū ad memoriā virginis in aliquo ledere p̄ſumpſerunt.

De ſancto Parmena diacono Cap. xiiij.

PArmenas fuit vnus de .vij. diaconibꝰ ab apoſtolis electus: vt habetur Actuum .vi. Hic traditus gratie dei a fratribus iniunctum ſibi predicatiōis officiū fideliſſime cōplens: plena fide cōſumatus martyrij gloriā adeptus eſt: qui ⁊ philippis ſepultus quieuit .x. kalen. februarij: vt dicit hieronymus in martyrologio ſuo.

De ſancto Aſcla martyre. Cap. xv.

AScla martyr paſſus eſt apud egyptum ciuitatem antinonū tēpore Diocletiani imperatoris ſub p̄ſide arriano: qui primo atrociſſime ſuſpendio tortus: deinde lateribus flammis admotis exuſtus: ad vltimū in flumine precipitatus precioſam xp̄o animam reddidit .x. kalen. februarij. Sepultuſq̧ eſt in ipſa ciuitate a xp̄ianis miniſterio philemonis ⁊ apollinij diaconorum.

De ſanctis Seueriano ⁊ Aquila martyribus. Cap. xvi

SEuerianus ⁊ aquila vxor eius in ꝓuincia mauritanie ciuitate zenoceſarea paſſi ſunt. Qui pro nominis xp̄i inuicta cōfeſſione flammis iniecti ignium cōflagratione combuſti: coronam martyrij a dn̄o perceperunt .x. kalen. februarij. vt dicit ado.

De ſancto Timotheo diſcipulo. Cap. xvij.

TImotheꝰ diſcipulus beati pauli apoſtoli fuit: vt polycrates p̄ſbyter ſcribit. qui liſtris exortus lycaonie ciuitate filius mulieris vidue: vt in actibus apoſtolorū habet cap. xvi. ab eodem paulo in fide doctus ⁊ baptizatꝰ eidem cōperegrinus factus eſt. Cū quo deueniēs ad epheſum ciuitatē aſie metropolim: ibidem ab apoſtolo ep̄s eſt ordinatus imperante nerone: vbi doctrinis ⁊ miraculis coruſcauit: ⁊ glorioſi euāgeliſte iohānis auditor fuit: quo in pathmos inſula ſub domitiano relegato: locum eius tenuit. Sed dū gentiles in feſto diane ad templum eius accendētes a ſacrificijs ꝓhibere niteretur: furēte populo in eū: palis ⁊ lapidibus mactatur: ⁊ ſeminiuus relictꝰ a xp̄ianis in monte adiacenti ciuitati reducitur: vbi ix. kalen. februarij quieuit in pace imperāte nerone. Sepultuſq̧ eſt in epheſo ciuitate.

De ſanctis babila ep̄o et ſocijs martyribus Cap. xviij.

BAbilas epiſcopus antiochenus ⁊ martyr cū tribꝰ paruulis vrbano: prelidano et epollono ſub numeriano imperatore paſſus eſt. Qui dū eſſet antiochie ⁊ xp̄ianorū eccl'iam ingredi vellet: babilas ingreſſum ꝓhibuit: manus pectori imperatoris apponēs. Propter qḋ tentus ab imperatore: ⁊ in carcere afflictus eſt impoſitis torque ferreis in collo eius: ⁊ compe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN